


Hymnus



TRINITATI gaude- amus persona- re grati- as: quæ cre- ata, salva facta
universa perficis, in conspectu angelorum magna vo- ce psallimus.

Collaudamus venerantes
omnes cæli milites,
sed præcipue primatem
cælestis exercitus
Michaëlem in virtute
conterentem Zabulum.

Qui plebis Iudææ salus
cælo missus ultor est,
almo vati iubar ferens
Danieli oraculo:
fortem dixit hunc bellare
pro fideli populo.

Angelos qui pascis ipsa
visione iam Tui,
et fide nos per viam nunc
ambulantes sic alis,
ut beatis nos coæques
inter astra civibus.

Ultimus dies cum ille
resurgendi fulserit,
Te videndum apti sonante
Michaële cornua
tunc mutandi transferamur
ex fide sideribus.

Gloriam Tibi Parenti
personemus melodis;
Gloriam Christo canamus,
Gloriam Paraclito:
Laus Tibi per omne tempus,
Trinitas indifferens. **R.** Amen.